

146.

Abt E(rnst) von Reinhardtsbrunn ersucht Papst Innocenz II., die Sache des Bischofs (Udo) von Naumburg, dessen Vater Graf Ludwig das Kloster gegründet, in Gnaden verhandeln zu wollen.

[1139—1140.]

Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII.) fol. 15. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.

5

Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 29.

Anm.: E ist Ernst II., 1141—1168 Abt, als er den Brief schrieb, noch nicht bestätigt, und daher 1144—1145 wohl provisorisch. Der Brief dürfte, da Abt Rudolf um 1139 starb, in diesem oder dem nächstfolgenden Jahre geschrieben sein. Der im Briefe erwähnte Bischof von Naumburg ist Udo, Bruder des am 12. Januar 1140 verstorbenen Landgrafen Ludwig.

10

I[nnocentio] apostolico desiderabili E[rnestus] humilis provisor Reinherisbrunnensis coenobii devotam obedientiam et debitam cum omni humilitate subiectionem. Cum excepta subiectione communi tocius ecclesie nos apostolicę sedi servicium debeamus proprietatis condicione, apud clementiam vestram eo faciliorem aditum nostris speramus petitionibus, quo excellencię vestre obligatiorem debemus obedientiam ac solvimus. Paternitatem itaque vestram humillime obsecramus, ut super Nuuenbürgensem episcopum, a cuius patre Lûdeuico comite locus noster primum fundatus et sancto Petro iure censuali traditus est, gratuite pietatis viscera laxetis et causam eius clementer pro vestri gratia tractetis. In eo siquidem plurima elucent indicia probitatis et in ecclesie dei utile vas informari potest per vestre discrecionis sollicitudinem, si cum paterna severitate maternam illi ostendere dignamini pietatem. Incolomem vos nobisque propicium longo tempore conservet deitas beata, dignissime ac reverentissime papa.

147.

Landgraf Ludwig II. ermahnt seinen Bruder (den Grafen Ludwig von Thamsbrück), sich anstatt des gefährlichen und im Frieden nutzlosen Waffenspiels vielmehr mit den Staatsgeschäften des Reichs thätig zu beschäftigen.

[Nach 1140.]

Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII.) fol. 38^b. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.

Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 52.

Anm.: Der Brief läßt sich chronologisch schwer einreihen. Wir setzen ihn nach 1140, in welchem Jahre Ludwig Landgraf wurde.

30

Lantgrafius comiti. Prosapie nostre nos equum est meminisse, quo modo res eorum bona fortuna^a) virtute succreverit eoque deo auspice processerit, quod etiam inter clarissimos regni primates locum, nomen et gloriam equipolenter acceperit. Unde summa nos ope niti decet, nequid nomen et locum ab eis hereditario iure suscepimus, dignis factis inferioris glorie habeamur. Quare, frater animo meo carissime, pacis tempore militaribus armorum ludis inutilibus, quibus iuveniliter sepenumero delectatus vite periculum incurristi, velim abstineas ac potius publicis regni negotiis virtutem tuam atque industriam, ut principem decet, enitescere facias.

147. a) fortana.